

1619

CODICES A

1620

*dyacono luthomiczl. in dicta nostra ecclesia pragen. Secretario nostro, Johanne de Duba sancti Georgij in Castro, Nicolao de Znoyma Sancti Apollinaris pragen. Ecclesiarum Canonicis publicis notarijs ac alijs multis circa premissa testibus fide dignis. Anno domini M. Quadringentesimo Decimo Tercia Inditione. Atque haec omnia testimonio Notarii Petri nati quondam Matbie de Mokrsko Clerici Cracouien. Dyoc. corroborantur. Subscriptum: Finitus est ille libellus M. CCC<sup>mo</sup>. XVII. In vigilia Sancti Andree Apostoli. Primaria haec ad nascentem in Bohemia Wiclefismum Documenta defuisse videntur Editoribus Operum Johannis Husi, qui quidem in iis adhuc post tabulam latet.*

*VI. fol. ult. p. 2. adscripta est Stephani Carth. nostri Epistola ad*

*Cum nihil utilius humane credo saluti  
Quam morum nouisse modos et moribus uti  
Quod minus exequitur morosi dogma kathonis  
Supplebo pro posse meo monitu rationis &c.*

*Morosi dogma Catonis Disticha Dionysii Catonis intellige; non enim Nostro Morosus δυσκολος est, sed ἄσμος. Atque hac adpellatione comparet ipsemet in pluribus Sec. XV. Editionibus, dictus Facetus Morosus, ut in Quenteliana Coloniaensi s. a. 4. quae mihi adjacet, quaecum collatus Codex jam uberior est, jam contractior, praefertim circa finem, cui subscriptum: Explicit Morale Anno Domini MCCCC<sup>o</sup> III. in Die sancti Amandi confessoris hora uesterti-*

*amicum Wilhelmum Kortelongensem Canon. Olomuc. qua Scriptum quoddam, quod Wilhelmus ab eo concinnari desiderauerat, comitatur, eumque oculis laborantem solatur. Scripti materies non exprimitur; enarrantur vero Stephani Lucubrationes I. cit. a Pezio. Dimidium praesentis Epistolae alterum iterum fol. 247. quaerendum est. Sed neque ibi finitur.*

DCLXXXVI.

*Codex chartaceus lat. Sec. U. 108 partim XIV. partim XV. Folior. 428. 4. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus continet I. absque inscriptione Doctrinam de Moribus versu leonino conclusam hoc initio:*

*na. Autor hujus Carminis a pluribus Didascalis fortassis interpolati, qui Seculo XII. vixisse videtur, si fides ejus Commentatori in Edit. praedieta habeatur, fuit quidam regens parisiensis, qui, ut dicitur, nominabatur Facetus. Sed parum movet ejusmodi autoritas. Carmen ipsum cum Catone et aliis Ethicis iterum Coloniae 1520. 4. prelo subjectum est.*

*II. fol. 12. pernitiada, sed verborum contractionis nimium studiosa Sec. XIV. manu sequitur Com.*

1621

ASCETICI.

1622

*Commentarii in Alexandri de Villa Dei O. M. Dolensis an. 1209. compositum Doctrinale Puerorum Pars I. et II. Pars vero III. a*

*Scribere clericulis parvo Doctrinale novellis &c.*

tradita et demum Sec. XVI. Scholis emota magnum Commentatorum fyрма traxit, quorum plures enumerat *Leyserus in Hist. Poet. p. 767. et Fabricius Bibl. med. Aet. L. I. edit. Mansf. p. 67.* Atque hos inter Noster Glossam suam ita orditur: *Ignoratis principiis necesse est et artem ignorare. Hec propositio a deo monita est tam autoritate quam ratione &c.* Grammaticam ab *Alexandro* conscriptam fuisse, ait Glossator, ad preces cuiusdam episcopi scilicet *leodiniensis*, quod non consonat Narrationi a *Leysero l. cit.* exhibitae; oriundum praeterea vult de villa iudei sita iuxta *parisius* versus occidentem, que gallice dicitur *yuijs*, quod apud latinos dicitur *iudeus*. Et extat non minus *Villa Judaei* (*Villejuif*) inter *Parisios* et *Meledunum*, quam *Villa Dei* (*Villedieu*) in infer. *Normannia*. Sed nihil decido. Ad calcem P. I. fed recentiore paullo calamo habetur: *Explicit opus prime partis Doctrinalis per manus iohannis Zebinger filius (sic) ciuitatis.* Clausula P. II. improbe derasa est; Clausula vero P. III. est huiusmodi: *Finitum est istud commentum anno domini M<sup>o</sup> quadringentesimo primo sabbato die post invencionem sancte crucis.* Mox majusculis: *Explicit commentum super tercia par-*

manu minus eleganti. Grammatica haec versibus, quorum initium:

*te dicta reuerendi Magistri bengnini pronunciatum per reuerendum Magistrum iohannem künigstain et reportatum per oswaldum de chufstain.* Ex his primum, quem *Henningum* malim, Commenti Autorem, alterum Praelectorem, tertium *Tyrolensem* et Descriptorem habeo; hoc enim sensu valebat olim Reportare.

Adfixi fol. 11. p. 2. *Προλογουμα* repertum in Codice huius tenoris: *Magister Briccius de Cilia* (seu *Celeja*) breui legere incipiet primam partem alexandri doctrinalis locum horamque intimaturus. Philosophis *Vien.* Vir hic intra annos 1476—85. ter Decanus praefuit.

DCLXXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 169 XV. Folior. 72. f. min. nitidissime perscriptus, coloribus speciosus, quondam *Math. Corvini*, ut declarat *Theca*, licet picturata ejus Insignia primo folio ab improba manu resecta fuerint, dein *Job. Fabri Ep. Vien.* sequente rubrica gaudet: *Incipit tractatus qui dicitur Apologiticus doctoris greci Cirilli de greco in latinum translatus diuisus in quattuor libros. primus est contra imprudentiam. Secundus contra superbiam. tertius contra cupiditatem et quartus*